

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput II**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

ral. c. 1. Insigne verò illud est quod *Gargias* ab *Horts de Adamante* scribit *Simpl. India* l. 1. c. 47. Adamantes, inquit, qui altissime in terra visceribus multisque annū perfici debebant, in summo fere solo generantur, & duorum aut trium annorum spatio perficiuntur. Nam si in ipsa fodina hoc anno ad Cubiti altitudinem fodias, adamantes repieres. Post biennium rufus illic excavato, ibidem invenies adamantes. Ceterum quomodo id fiat, difficile dictu est. Nulli potest facilius esse loqui, quam rerum natura pingere, lascivienti præsertim & in magno gaudio fertilitatis tam varia ludentis Plin. l. 2. 1. præfat. Haud tamen videtur absurdum, spiritum cum materia idonea coalescere, illam nondum bene excoctam aliis dimittere, hoc modo perpetuari. Certe fluxus venarum analogum quid vegetabili ostendunt naturæ, & relatio à Fribergensi Medico, in infosorum Metallicorum pulmonibus, apertis post mortem cadaveribus, ea ipsa metalla concreta reperta, in quibus laboravere vivi; idem innuere videtur *Sennertus* de consensu & diff. Chymic. & Galenorum.

## C A P U T . II. DE MARGA ET TERRA RIGULORUM.

**M**arga est terra spissa & pinguis: ac interdum ita fluida & alba, ut medullæ ossium in animatis non absimilis videatur. Sapius est dura, quæ porta sanguinis per ora venarum profusionem sistit; omninoque quas Samia vires habet. Effoditur multis in locis, apud Saxones præsertim. Goslariae duplex, quarum una cinereo est colore, altera candidior; ex qua sunt formæ, in quas hi qui metalla figurant, ea liquida infundunt. Vtramque frigus acre in tenuissimas bracteas dividit: rameti prior antequam vim frigorium accepit, ex crassis constet crustis. Figulrum terra spissa, mollis, tara est. Ex pinguis & spissis finguntur.

tinguntur opera , quæ vis ignium non cito frangit. Ex iisdem fiant vasa , quæ nec sorbent nec excoquunt liquores : in quibus liquor qui aurum ab argento separat , & conficitur & conservatur. Opera figurina variis nobilitarunt regiones. Asiam , illa quæ fingebantur Pergami , quæ Trallibus , non ignota Coa , Samia , Aretina etiam mirifica. Plin. l. 35. cap. 13. Notiberga mittit fornaculas fictiles , in quibus venæ & metallæ coquuntur. Ex argilla effossa ad arcem Rotenburgam fiant catini , in quibus conficitur Orichalcum. Hi ex igne unâ cum Orichaleo ejecti non rumpuntur , sed vitri candentis modo torquentur & trahuntur. Agricola de illis quæ effodiuntur ex terra.

## C A P U T III.

D E TERRA LEMNIA,  
Armenia , & Silesiaca.

**T**erra Lemnia sigillata alias dicitur. Hanc enim Sa-  
cerdos Diana patrio sumens honore , hordeo &  
triticò piamenti loco redditis , in urbem comporta-  
bat , aqua maceratam , ac in luti formam fedactam  
desiccabat , ut mollis ceræ acciperet consistentiam ;  
qui accepta sacro Diana muniebat signo. Gal. l. 9.  
Simpl. Hodie quotannis non absque superstitione effo-  
ditur sexto tantum Augusti die. Qui fodunt Græci  
sunt ; puteus suavem emitit odorem. Foditur à Solis  
exortu sex horis & in una reconditur parte ; nec lucem  
vider priusquam annus effluxerit. Exempta post elui-  
tur , elota sacco injicitur , manibus miscetur , in glo-  
bos singiur , sigillo imperatoriò notatur. Siccatur tan-  
dem & in scincio obsignata Constantinopolim ad Im-  
peratorem mittitur. Stephanus Albacarius in Epist. ad  
Busbequium. Ad lethalia prodest medicamenta ; ten-  
tavit in lepore matino & Cantharidibus Galenus &  
expertus est. Idem de ea testatur , in colle quodam  
juxta Ephesiorum urbem , in quo nulla planta vivit ,  
solo veluti combusto , effodi. Armenia terra ex ea Ar-  
menia .